

secundo ad innocentium septimum. Et ab henrico tertio conclude per ropertum de bauaria. Quintum seu caudam horum quarteriorum incipe ab innocentio septimo ad pium secundum modernum. Et ab roperto ad fredericum tertium modernum. Atque haec sic satis consonant. Sequuntur dein συγγεγραμμενα Pontificum et Imperatorum nuda Nomina, nisi quod ad Pium I. notetur: Quedam cronice habent anicetum post pium. Et recte. Praeterea exacto quovis, quod statuit autor, Quarterio annorum fit subputatio; demum recentiore calamo adjecti sunt: Paulus II. et Maximilianus I. Haec Petri Piſtaviensis veluti continuatio a Codice Zwinglii abfuit; adjecti illi autem idem Chronologus ignotus

III. fol. 24. p. 2. *Nomina archiepiscoporum sancte ecclesie Colonien. Unde concludas, illum Coloniae aut in ejus vicinia vitam egisse. Orditur a S. Materno, quem noto errore a S. Petro missum ait, cum re ipsa ad Sec. IV. pertineat. Omisso ejus successore Euphrate ad Severinum transit, cui annus 428. adscriptus. Quem alii Aquilinum, Solinum aut Solanum volunt, Solacium adpellat. Domitianum, Charentinum et Ebregisilum omittit. Chuniberto perperam an. 600. addit. Reginfridum Agilolfo praeponit. Post Hildegerum tacet Hildebertum. Pro Berthelino legitur Werbelinus aut Werbelmus, atque ab hoc deinceps singulis annus additur, quamvis nunc adcuratiorem longe χ50-*

volaxiv habeamus. Guntharius Haldeboldo postponitur. Omittuntur Hugo et Hilduinus. Scribitur Engelbertus recte pro quorundam Engelbergo. Post Wilhelmum de Gennep tacetur Johannes de Vinnenburg, item Conon post Engelbertum III. Ad Theodoricum haec notantur: Iste fuit ortus comes morsensis et rexit ecclesiam colon. annis — — (48) tandem anno domini 1463. (al. 62.) defunctus est in festo sancti valentini (14. Febr. al. 18.) sepultus colonie ante tres reges. det ei deus requiem Amen. Alia manu adjecti sunt Hermannus, Philippus, Hermannus Successores, quorum postremus electus 1515.

CLV. VIII. c. 9.

Codex partim membraneus, 43 partim chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 259. f. max. bene scriptus, coloribusque illustratus, figuris tamen valde rudibus, continet Anonymi Paraphrasin in multos S. Scripturae libros, quos ipse enumerat in epigraphe inferius adferenda. Sic vero minio exorditur: *Hie hebt sich an die Bibel in deutsch. vnd sagt von erst von der beschreibung hymelreichs vnd ertreichs die vorred. Praefationis initium: Ein yegleicher furste hat in seinen palast drey Stet Aine an der man richtet die sache vnd baisset die Schranne Die ander Stat baisset ain Müshaus da man das volck ynne speyset Das dritte ist sein flaffhaws in dem er ruet &c. Atque tria haec dein Deo adplicantur.*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2774

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

437

HERMENEUTICI.

438

cantur. Opus totum tributum est in *Capita* seu *Titulos* 426. Speciminis loco sint, quae in Genes. C. III. v. 20. Noster commentatur: *Nach dem valle do biezz er sey Euam, Das ist alsuil gesprochen als ain leben, wann sey was ain mutter aller menschen Oder darumb biezz er sey Euam, durch der chunfftigen chlag, Wann alle menschen die geporen werden Die chlagen yr nöt. die chnebel rueffen. a. die mündel. e. Ach vnd we, Recht als man spreche. Alle die geporen werden rueffen. a. oder. e. ach oder we.* Ad calcem operis miniata haec legitur Clausula: *Hie bat ain ende das püch der Bybel dar Imme bestoffen sein dye funff pücher Moyfi die pücher Josue Judicum vnd Ruth, vnd die vir pucher der Chunig Thobie, vnd beren Jobs puch, vnd ander pucher, vnd hystorien der Rekchen (Machabaeorum) vnd der Romer vnd auch die propheten, vnd die chlage des weyffagen Jheremie.* Sequitur *Index Titulorum et Rubrica: Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.* Opus hoc dialecto Auftriaca conscriptum glossematum indagatori aliquod saltem spicilegium pollicetur.

CLVI. VIII. C. 10.

192 Codex chartaceus ital. Sec. XV. Folior. 55. f. per duas columnas eleganter conscriptus et miniatus hoc gaudet Titulo: *Questo sie vno libro chiamato fior nouello el quale sie cauato del fiore-*

to de la bibia e del libro del Genesis, e del libro de y re e del libro de le cronice conposti tutti quatro in vno el quale libro parla in temporale e in spirituale de le piu nobel coxe del mondo. Non exhaust hic Titulus tractatum; diuisus enim est in VII. Libros, quorum I. de Deo, opere creationis, Angelis et Homine agit, VI. subsequi vulgatas illas sex aetates narrando percurrunt non parce ad mensis fabulis. *Capita* censentur universim CLXXIX. quorum primum incipit: *Vui serui de Christo yhesu salute sia pace et alegrza da colui da chi procede ogni bene &c.* Ultimum sistit in aegro ad piscinam sanato, *Job. c. 5.* adjecta hac clausula miniata: *Finito si e questo libro gloria sia a yhesu christo. Amen. M^o CCCCLXVI. die ultimo mensis Julij. completum fuit per me polinestorem de agnelis die et M^o. scriptis.* Nomen suum reticuit Compiler; ignorantiam vero usque adeo prodit, ut *Archelaum Herodis filium Aristotelem* adpellet. Opus, ex quo Compendium praesens elaboravit, illud videtur, quod Titulo *Fioretti extratti de la Biblia* impressum referunt 1473. f. *Maittaire* et *Debure Bibliogr. instr. Vol. Theol. p. 123.* Neque ab ipso Compendio manus abstinere Typographi; prodiit enim *Venetiis per Baptistam de Tortis* 1482. f. ut habes in *Catal. Lud. Job. Gaignati p. 30.* et *Ducis Vallerii I. p. 54.*